



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoria**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

VII. Qualiter Pilatus violentas sibi manus intulerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14478**

fe, donec ultima illos imperante Vespasiano clades obsidionis oppressit. Hoc igitur modo divina iustitia Judæos ob commissum adversus Christum piaculum infecta est.

## C A P U T VII.

*Qualiter Pilatus violenta sibi manus intulerit.*

Huc refer Nicophor. 10. cap. 1. 2. Joseph. lib. 18. c. 11. Antiq.

**N**EQVE verò illud prætereundum est, Pilatum ipsum qui Servatorem nostrum morti addixit, postmodum imperante Cajo, cujus nunc tempora prosequimur, in tantas incidisse calamitates, ut mortem sibi consciscere, suorumque ipse scelerum vindex esse coactus fuerit: divina scilicet iustitia in illum, ut par erat, faviente. Idque à Grecis Scriptoribus proditum est, qui Olympiadum seriem & quæ quibusque temporibus gesta sunt, conscripserunt.

## C A P U T VIII.

*De fame qua Claudio imperante accidit.*

Huc refer Nicophor. cap. 11. & 12. lib. 2.

**I**NTEREA Cajo qui vix quatuor annis Imperium tenuerat, Claudius Imperator succedit. Cujus temporibus universum propè orbem terrarum fames oppressit, quam quidè Scriptores à nostra religione alienissimi in suis etiam historiis commemorarunt. Atque ita Agabi Prophete prædictio de imminente fame, cujus in Actibus Apostolorum fit mentio, exitum sortita est. Ceterum Lucas postquam de fame illa que principatu Claudii Augusti contigit narravit in Actibus, fratresque Antiochiæ degentes stipem viritum collatam Christianis in Judæa commorantibus per Paulum & Barnabam misisse retulit, hæc deinceps adjungit.

## C A P U T IX.

*Martyrius Jacobi Apostoli.*

**E**ODEM tempore Claudii scilicet Augusti principatu Herodes Rex agressus est affligere quosdam ex Ecclesia, & Jacobum Joannis fratrem gladio interfecit. De hoc Jacobo rem prorsus memoriâ dignam refert Clemens in septimo Institutionum libro, prout eam à majoribus acceperat. Ait enim eum, qui Jacobum judicio obtulerat, cum illum vidisset, Christi fidem liberè

πολυορχία. Γεδάειος μὲν ὄντων ὡν κατὰ τὸν Χριστὸν τετολμήκασι, ταύτη πητὰ ἐν τῆς θείας μετῆι δίκης.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ΄.

*Ὡς ἔχ. Πιλᾶτος ἐαυτὸν διερχόσαστο.*

**Ο**Υκ ἀγνοεῖν ἔσθ' ἄξιον, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκείνον τὸν ἐπὶ τῆς σωτηρίας Πιλᾶτον, κατὰ Γάιον ἔτιος χρόνος διέξιμεν, τοσαύταις ἀπεισεῖν κατέχει λόγος συμφροαῖς, ὡς ἔξ ἀνάγκης φονδῆσιν ἐαυτῶν ἢ πμωρον αὐτοῦ χεῖρα γνέσθ' τῆς θείας ὡς εἴκοι δίκης ὅσον εἰς μακρῶν αὐτὸν μετελθῆσθης. ἰσορῶσιν ἑλλήνων οἰτάς Ολυμπιάδας ἀμα τοῖς κατὰ χρόνος πεπερασμένοις ἀναγραφῶντες.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η΄.

*Περί τῆς κατὰ Κλαύδιον γνομένης λιμῆς.*

**Α**λλὰ γὰρ Γάιον ἐδ' ὅλοις τέταρσιν ἔτεσι ἄτῳ δέχθην καταχρόντα, Κλαυδίῳ ἀντιχεράτωρ διαδέχεται, καθ' ὃν λιμὲ τῷ οἰκερμῆν πείσανθς, τῶτο ἔχ' καὶ οἱ πόρρω τῆ καθ' ἡμᾶς λόγος συχρηθεῖς ταῖς αὐτῷ ἰστορίας παρεδούσιν, ἢ καὶ τὰς πείσεις τῆ ἀποσώλων Ἀγάεος ἀπεφῆτες ἀεὶ ἔ μέλλειν ἐσεδαγλιμὸν ἐφ' ὄλλω τὴν οἰκερμῆν, πείρας ἐλάμβανε ἀπερρῆσθς. τὸν ἔ κατὰ Κλαυδίον λιμὸν ἐπιστηνην ἀμρῶν ἐν ταῖς πείσεσιν ὁ Λυκάς, ἰσορῶσας τε ὡς ἀρα διὰ Παυλῆ καὶ Βαρνάβα οἱ κατὰ Ἀντιόχειαν ἀδελφοῖ τοῖς κατὰ τῷ Γεδάειαν ἔξ ὡν ἐκαστῶ ἡνυπόρει διαπεμψάμενοι ἦσαν, ἐπιφέρει λέγων.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ΄.

*Μαρτύριον Γακάου τῆς Ἀποστόλου.*

**Κ**Αὶ ἐκείνον δὲ τὸν καιρὸν, δῆλον ὅτι τὸν ἐπὶ Κλαυδίῳ, ἐπέβαλεν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας, κακῶσάσιντας τῷ λόγῳ τῆς ἐκκλησίας, ἀνείλε ἢ ἁκῶσον τὸν ἀδελφὸν Γακάου μαχαίρα, περὶ τῆς δ' ὁ Κλήμης τῆς Γακάου καὶ ἰσορῶσιν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν ἰσορῶσων ἐβδόμῃ ἀραπῆτεται, ὡς ἐκ ἀραδούσεως τῶν ἀπὸ αὐτῶ φάσκων. ὅτι δὴ ὁ